



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 18. Burgundiæ Ducis Vidua Angliam petit, auxilium contra Ludovicum imploratura

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

fortuna adspirare videbatur; ipsum enim Sæcul. XV.
A.C. 1479.
Angliæ Parliamentum, cum jam anno præcedenti ab Archiduce ad id stimularetur, novum hoc foedus Eduardo suggestit; nec ullus inter Anglos reperiri poterat, qui bellum adversus Franciam unice in votis non haberet, Regique suo summam cum Flandris contra Gallos arma consociandi necessitatem non exponeret. Quocirca Ludovicus Rex, cum periculi sibi proxime impendentis præsciis esset, illos, quorum obsequia rebus suis apud Anglos magis efficacia nove-
rat, auctis pensionibus sibi devincire studuit, atque Eduardi Legatos insolitis honoribus cumulavit, eorumque prudentiam ac fidem oretenus, & literis celebravit. Inter ceteros, qui Ludovico magis utilem præbebant operam, præcipuus erat Hastingsus supremus regii cubiculi Præfessus, qui a Galliarum Rege annua pensione locupletabatur. Nec sterilis erat Francorum pecunia adeo liberali manu in Anglos profusa; brevi enim, quamvis non sine multo labore, induciarum prorogatio subsequebatur.

§. XVIII.

*Burgundiæ Ducis Vidua Angliam
petit, auxilium contra Ludovicum
imploratura.*

Interea Maximilianus impense rogabat
B 5 Mar-

Sæcul. XV. A.C 1479. Margaritam Eboracensem Conjugis suæ
 Novercam, atque Eduardi IV. Regis So-
 rorem, ut fratris sui animum ad pangen-
 dum foedus inclinare vellet. Duciffa
 absentia peropportuna accidit Maxim-
 liani consiliis; quippe ad aures ejus de-
 latum erat, Julianum Ruerejum Card-
 nalem S. Petri ad vincula, qui postea Pon-
 tificex sub nomine Julii II. renuntiatus
 est, missum in Gallias Ludovicum Re-
 gem brevi accessurum, inde vero Fla-
 driam petiturum, ut huic Ducissæ vidua
 proponeret nuptias eidem plurimum pro-
 ficuas, nec minus opulentas, dummo-
 do & ipsa vicissim sponderet, se mutuo
 obsequio Cardinali præsto adfuturam.
 Cum vero Maximiliani res non parum
 turbatæ fuissent, si Ducissa Cardinalis La-
 gati consiliis acquievisset, Archidux fu-
 turo discrimini obviaturus, eam pre-
 bus urget, ut ipsamet iter in Angliam
 suscipere non gravaretur; Annuit Du-
 cissa, atque itineri sese accingit, omnia
 que lapidem movet, ut Fratrem suum
 ab avito Gallorum foedere abstraheret,
 atque ab Anglorum Rege copiarum sub-
 sidia obtineret.

§. XIX.

*Fœdus inter Franciæ & Angliæ
 Reges.*

Verum Eduardus tam arcto amicitia
 nexu